



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo

Marculfus <Monachus>

Paris, 1635

XXIII. Concambium de villis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10644

FORMVLARVM LIB. II. 149
nire tentauerit, aut eam infringere
voluerit, inferat tibi cum cogente
fisco auri tantum, vel quantum ser-
uus ipse eo tempore melioratus va-
luerit; & hæc venditio omni tem-
pore firma permaneat, stipulatione
subnixa. Actum illo, sub die illo,
anno illo.

XXIII. CONCABIVM
de villis.

Inter quos charitas inlibata per-
manserit pars parti, beneficia
oportuna præstantur. Quia nihil si-
bi de rebus propriis censet minui,
quod econtra recipit in augmen-
tum. Ideo placuit atque conuenit
inter venerabilem virum illum ex
permisu Apostolici viri illius, & in-
lustrem virum illum, ut locellos ali-
quos inter se cōcambiare deberet,
quod & ita fecerunt. Dedit igitur
ille venerabilis vir lui, locellum

K iij

150 MARCVLF MONACHI
nuncupatum illum, situm ibi, de
parte basilicæ sanctæ, illi memora-
to lui, quicquid ibidem ad præsens,
de quolibet adtractu, tenere vide-
batur, cum terris, domibus, ædifi-
ciis, accolabus, mancipiis, vineis, syl-
uis, campis, pratis, pascuis, aquis,
aquarumque decursibus, vel omni-
bus ibidem aspicientibus. Similiter
in compensationem huius meriti,
dedit suprascriptus ille, ad partem
memorati Abatis illius, vel prædi-
ctæ basilicæ alium locellum nuncu-
patum illum, situm ibi, quicquid
ibidem ad præsens, de quocumque
adtractu, ibidem habere videbatur,
cum terris, domibus, ædificiis, acco-
labus, mancipiis, vineis, syluis, cam-
pis, pratis, pascuis, aquis, aquarum-
que decursibus, vel omnibus ibidem
aspicientibus. Ita ut ab hac die vnu-
quisq; memoratos locos quos acce-
perunt, habendi, tenendi, vel quic-

quid exinde pro eorum oportunitate & compedio facere elegerint, libero perfruantur arbitrio. Illud vero addi conuenit, ut si aliqua pars ex ipsis aut heredes, vel successores eorum, hoc emutare, vel refragare voluerit, rem quam accepit amitterat, & insuper inferat pari suo, cui hoc facere presumferit, auri libras tan. argenti pondo tan. & quod repetit vindicare non valeat; sed praesens, vnde duas inter se uno tenore conscripserunt, firma & inuiolata permaneat, stipulatione subnixa.

Aetum illo.

XXIV. CONC A M B I V M D E
terra, aut vinea.

IDeoque placuit inter illum & illum, ut terram aliquam, aut pratu, aut vineam, seu quodlibet inter se commutare deberent, quod ita & fecerunt. Dedit igitur ille illi, il-

K. iiii